



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 207. Si plures sint designati executores, an quilibet solus possit exequi,
vel debeant omnes concurrere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

ultimarum voluntatum sit juris naturalis, quia testator voluit illum finem, & non alium, ipse autem erat Dominus rei suæ, nam contra est, tum, quod Deus aliter disposuerit de bonis creatis, volens ea servire ad levandam talem necessitatem; tum etiam, quia hæc fuit implicita voluntas fundatorum ut ad talem necessitatem sublevandam impenderentur, alioquin irrationaliter disposuissent.

§. 5. Non expedit, ut executores ultimarum voluntatum absque authoritate Papæ, Principis vel Episcopi ejusmodi legata comitent ad levandam gravem Reip. necessitatem, quia possent intercurrere multi errores, abusus & scandala; possent tamen id absolutè facere, ita *Carden. n. 71.* tum quia id liceret pro extrema necessitate hominis particularis, cui hæc æquivalet, tum etiam, quia hic urget jus divinum, cum bona externa DEI dispositione ordinata sint ad sublevandas gravissimas pauperum necessitates; Ubi autem urget jus divinum, non est opus authoritate Superioris, ut mihi liceat illi satisfacere: si tamen necessitas illa Reip. non esset evidenter gravis, exspectari deberet declaratio Episcopi, uti *Trid.* suprà innuit, & rectè notat *Carden. n. 73.*

Q. 206. Quid alias possit Episcopus circa commutationem ultimarum voluntatum. R². De hoc dicetur I. 4. à n. 846. ubi universaliter examinabitur, quid possit Episcopus circa dispositionem ad pias causas.

Q. 207. Si plures sint designati executores, an quilibet solus possit exequi vel debeant omnes concurrere. R². Si executio fit illis divisim commissa, potest quilibet solus, argum. L. 2. Cōd. *De divid. tute: & L. 51. ff.* *De administr. & peric. tut.* Si conjunctim sit commissa, debent omnes concurrere, uti colligitur ex

Tom. III.

Zz

Cap.

Cap. fin: §: fin. De *Testam.* in 6. nisi eorum aliquis
in remotis ageret, id est , si proximè non esset re-
versurus, tum enim opus non est vocari vel exspe-
ctari, L. *Pluribus ff.* De *procurat.* Bald. in L. *Nulli.* 37.
Cod. *De Episc. & Cleric.* n. 15. Quòd si aliquis exe-
cutorum tergiversetur , alii possunt pergere, Cap.
fin. suprà.

D V B I V M V.

De iis, qui testari & hæredes institui possunt.

1153 "R Eſp. I. Omnes homines liberam de suis bonis
testandi facultatem habent, nisi naturali aut
positivo jure prohibeantur. Naturali autem jure
testari vetantur infantes, furiosi, amentes; nisi lu-
cida intervalla habeant, vel in una tantùm mate-
ria delirent, & in aliis non, ut *Navarr.* Sanch. lib. 1.
de *Matrim.* d. 8. Quid autem sentiendum de eo.
qui ex morbo aliquamdiu delirat, v. *Lugo* d. 24:
f. 4. Positivo autem, surdus simul & mutus à na-
tura, prodigus, servus, usurarius publicus, filius-
familias de bonis adventitiis , (si quidem ante
Clericatum advenerint, ut v. *Lug.* n. 67.) impu-
bes, captivus apud hostem , damnatus ad mor-
tem, si bona ejus confiscentur, *Lugo* n. 72. pro-
fessus Religionem.

Dico , *professus*, quia novitus, cùm adhuc sui
juris sit, absque Superioris licentia validè testari
potest, etiam non servatâ juris solennitate, ut ha-
bet *Trull.* to. 2. l. 7. cap. 18. d. 5: n. 4. ex *Sa & Bon:* &
si quidem intestatus decedat , proximi consan-
guinei in bonis succedunt. Similiter Religiosus
Societatis, post emissa vota simplicia , et si non
licitè, validè tamen potest testari , quia domini-
um